



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

XIIII. Ratiocinatio. Ab Exemplo Apostolorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

## SACERDOTVM.

christi, IVRVE DIVINO oppreso, ut & do-  
ctrinam Christi, verosq; eius cultus oppressit,  
& Idola passim in templo inuexit.

Habemus insuper exempla Orientalis  
Ecclesie, que legem istam pontificum Romano-  
rum, tanquam Damnoniorum doctrinam. I. Ti-  
moth: 4. Constante reiecit, ac honesta sacerdo-  
tum Coniugia retinuit, ac retinet adhuc, sicut  
& Calabri & Moschi etiamnun sacerdotum  
Coniugia iuentur.

Testatur historia, post mille annos demum,  
sacerdotes in Germania coactos esse, ab honestis  
Coniugibus se se abdicare, & paulatim fornican-  
di licentia, vero timore ac culu Dei extineto,  
sacerdotibus adlubuit. Nam iusto Dei iudicio  
Idolatria, hoc est fornicationis spirituali, adiungo  
debet corporalis fornicatio in templo Dei, ut  
hoc pacto Nota Antichristi Romani, effent con-  
spectiores ac teriores.

XIIII.

## RATIOCINATIO.

### AB EXEMPLO A<sup>a</sup> postolorum.

Quicquid fecerant Apostoli, id sacerdoti-  
bus quoq; pontificis faciendum est.

Aa 2

Sed

DE CONIVG.

Sed Apostoli, antequam scirent Euangeli-  
um, habebant quidem uxorem, sed postquam di-  
dicerunt Euangelium, & Apostoli facti sunt,  
consortium & officium maritale reliquerunt.

Ergo & Pontificij sacerdotes, vi potest  
Euangelio viuentes, debent abiurare coniugium  
bonustum.

Minorem probant. Quia Petrus inquit.  
Matth: 19. Luca 18. Ecce nos relinquimus  
OMNIA, & secuti sumus te. Item, Omnis  
que reliquerit domum, vel fratres, vel sorores,  
vel patrem, vel matrem, vel VXOREM, vel  
filios, vel agros, propter nomen meum, centu-  
plum accipiet, & vitam eternam possidebit.

Respondeo. Mirum est, viros eruditos &  
cordatos, tantum insulstatem, immo maliciam in  
peruertendis scriptura sacra dictis tolerare. Sed  
ad argumentum respondebimus.

Maior aperte falsa est. Quis enim un-  
quam, hanc uniuersalem in verbo Dei legit?  
Num sacerdoles pontificij etiam sic curreti per  
orbem terrarum docendo Euangelium, ut Apo-  
stoli? Num similiter Miracula adent? In quibus  
autem Ministri verbi Dei Apostolos imita-  
ti debant, in epistolis ipsorum satis liquet, nem-  
pe in  
stant  
dogn  
habiti  
strem  
mon  
gem  
stolu  
tione  
enim  
trai  
igitur  
posto  
rum  
illua  
secun  
habe  
re vi  
gio l  
vans  
cela  
Forr  
desc  
sui  
eode  
prin

SACERDOTVM.

pe in doctrina, in fide, in Confessione, in Consecratione, in tolerancia crucis, in refutandis falsis dogmatibus & cultibus, & similibus rebus. Prohibitionem autem Coniugij, Apostolus non potestemus, disertis verbis appellat doctrinam demoniorum. Sed Antichristus Romanus, eam legem statuit. Ergo contra eximum Christi Apostolum est, huic legi demoniacae, hoc est proibitionem Coniugij, se se illigare atq; obstringere. Non enim faciunt quod Apostoli fecerunt, quia contra ipsorum luculentam doctrinam faciunt. Sunt igitur Pontificij sacerdotes, aduersarij Pauli Apostoli, organi Elelli.

Minor quoq; falsissima est. Non enim tantum omni verbo Dei destituitur, sed etiam contra illud est. Nam Paulus testatur, Apostolos uxores secum circumduxisse, ac se se eandem potestatem habere. 1. Corinth. 9. Item ait, Episcopum deberet unius VXORIS virum esse, hoc est in Coniugio honesto vivere. 1. Timothei. 3. Tit. 1. Vanitas vanitatum est, quod nugantur Pontificij, scilicet ante ordinationem, quia hoc non est in textu. Formam enim seu Idem per perpetuam Episcopi describit, Semper talis esse deberet in toto curriculo jui Episcopatus, alias, & reliquas proprietates, eodem Sophismate licetum esset eludere, quod in principio talis esse deberet Episcopus, sed postea

A A 3

non.

DE CONIVG.

Nam. Sed hanc phanaismum, merito explodit Ecclesia Christi. Si porro pontificie historia vera sunt, Petrum coniugem suam agnouit. & consolatus est, eumem ad Martyrium. Insuper audi Apostolum contionantem : Vxori vir debitum reddat. Similuer autem vxor viro. Hac sine omni omnium ordinum in genere humano discrimine, pronunciat tamis Apostolus. Constat ex historijs, euam post Apostolorum tempora, Episcopos in Coniugio honesto vixisse. Sunt igitur ipsius virtutis commenta, ista non pertinere ad sacerdotes.

Quod ad dictorum Christi allegationem, & peruersissimam applicationem attinet, malitia est manifesta. Nam Petrus ibi perspicue de facultatum relictione loquitur. Occasio erat, quia Christus cuidam adolescenti, ea, pradiuui, arroganti sibi legis diuine impletionem, mandavit, ut diuenditius omnibus, qua possideret, ijsq; distribuit inter egenos, se sequerebatur. Is vero haec voce audita, deserto Christo discedit, manuens retinere suas opes, quam ijs amissis, Christum pauperem settari. Ibi Petrus inquit : Eccè nos reliquimus OMNIA (scilicet qua possedemus) & secum sumus te. Nihil igitur hic de relictione vxoris loquitur. Imò si hoc fecisset Petrus, peccasset. Nam Paulò ante Christus legem Coniugij repente-

SACERDOTVM.

repetierat: *Quod maritus VXORI adherere debeat. Quod duo in carne una esse debeat, seq<sup>3</sup> non sciungere.*

*Quod vero Christus pollicetur illis, qui VXORES reliquum proprie suum Nomen, retributioinem multiplicem, nequaquam docet, sacerdotes noui Testamenti, debere honestum Coniugium abiurare, aut non vivere in Coniugio in suo Ministerio. Id vero ne per somnum quidem animo concepit Christus. Sed hac est doctrina. Pradicit Christus propriar Confessionem sui Nomini, hoc est doctrina sancta, crucem, persecutionem, exilia, supplicia. Ibi igitur promissionibus luculentis consolatur confessores, si forte contingat, ut per tyrannos abigantr ab uxoribus & liberis, vel coniuges rapiantur ad Martyria, trucidemur.*

*At sacerdotes pontificij, extra tales persecutioenes, sua sponte abiurant honesta coniugia, & Papam tanquam auctoritatem, lege sancta, ac prohibet in uniuersum omnibus sacerdotibus Coniugia honesta.*

*Impiissimum itaq<sup>3</sup> scelus est dictum Christi luculentum, tam nefaria malicia, ad doctrinam demoniorum detorquere. Quod autem Spiritus Antichristi nihil erubescit, illa coram toto mundo ebuccinare, ac libris impressis miscet.*

A A A gare

DE CONIVG.

gare, id Diabolo impudentissimo imputandum  
est, miserrimos homines tam horribiliter fasci-  
nanti.

XV.

RATIOCINATIO.

Si oportet Episcopum unius uxoris esse  
marium, Iohannes Evangelista cœlebs, non fuit  
Episcopus.

Sed Iohannes Evangelista cœlebs, fuit  
Episcopus.

Ergo non est de necessitate, ut Episcopus  
sit maritus.

Respondeo. Maior est fanatica, & non  
habet firmam coherentiam. Nam & oportet E-  
piscopum esse unius uxoris virum: Est enim  
hac regula a Paulo per Spiritum sanctum tradi-  
ta: Et Iohannes cœlebs, fuit verus Episcopus.  
Regula autem illa superior, & communis, non  
tollerat exceptionem, quam nulla lex humana fa-  
cere debet, sed quam ipse Deus facit. Excipit  
autem eos TANTVM, quibus D[omi]NI peculiare  
& miraculosum donum castitatis. Ergo hac pec-  
uliaria excepio, non pendas à lege humana, sed

a mi-